

Universitätsbibliothek Paderborn

**Bibliotheca Scriptorvm Sacri Ordinis Cisterciensis Elogiis
Plvrimorvm Maxime Illvstrivm Adornata**

Visch, Charles de

Coloniæ Agrippinæ, 1656

V.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38433

V Alcellense monasterium antiquissimum in Cameracensi diocesi situm est: huius monasterij, anonymous quidam monachus, conscripsit appendicem ad Sygeberi Gemblacensis chronicon. Prodiit Antuerpiæ anno 1608. in 4°. opera Auber-
ti Miræ. Reperitur etiam M. S. in collegio So-
cietas Iesu, Antuerpiæ.

Exstat & aliud Chronon Valcellensis monasterij, à diuersis religiosis concinnatum, & ad hæc
vique tempora perductum, quo vñstis legitur Arnoldus de Raisle in concinnando Auctario
suo ad Molanum; quodque nouissime non-
nihil contractum, vulganit Longelinus, in
notiis Abbatiarum, anno 1640. Coloniae
editis.

V alentinus Ruling, Abbas meritissimus mo-
nasterij Grissouensis, alias domu gratia B. Mariae
Virginis, in Silesia, vir solidè doctus, scripsit fun-
dationes diuersorum monasteriorum ordinis Cisterciens.
in Ducatu Silesia, in quibus plura continentur, qua ad
prophanam Ducatus illius historiem pertinent. Edi-
dit eas Longelinus, supra. Vixit adhuc Valentini-
nus, plurā datus, vbi optata per Germaniam
stabilita fuerit pax.

V alerianus de Eppinosa, natione Hispanus,
professione cœnobita Nucalensis monasterij,
vir eruditio exquisitâ prædictus, nec non &
morum integritate, omnique rituum genere
plerumque commendatus, quiq[ue] specia-
liter humilitatem, & humanitatem monastica
seueritate temperare nouit. Quorum omnium
interv [cum etiam S. Theologæ Doctorali]
laurea clareret eandemque scientiam magno
auditorum concurso & plausu docuisse) va-
rijs honorib[us] functionibus in ordine præ-
fetus fuit, quas omnes tanta cum laude admini-
stravit & expeditus, ut vniuersae congregations
regimen ei commissum fuerit, in quo excellen-

tius adhuc doctrinæ ac virtutum suarum speci-
men edidit.

Scriptit Expositiones constitutionum Clementis
VIII. Pontificis, impressas in folio, Salmantica
apud Anton. Ramirez, anno 1602.

Ducem religiosorum, sive

De conversione, ad nouitos.

De perfectione, ad proueltos. Et

De animarum cura atque regimine, ad Pralatu-
Valisoleti apud Hieronymum Mucillum, an-
no 1623, in 4.

Floreat anno 1626. dum Phænicem edet
Chrysostomus Henriquez. Unde, si quid postea
scripserit, ad nos non peruenit.

Vallis Lucentis Prior, cognomine Maillis, anno
1647. scribebat insignem historiam domus sua, quo
Campaniae Gallicæ historiam non parum illu-
strabit.

Eximus D. Abbas de Columba, S. Th. Do-
ctor, litteris suis ad me datis 15. Decembri &
iisdem anni.

V alles Sernay, Diocesis Parisiensis econ-
obium est, cuius anonymous quidam religiosus,
conscriptis prosa & carmine *Vitam Sancti Tho-
baldi*, eiusdem monasterij Abbatis, qua M. S. exxit
in bibliotheca Sancti Victoris Parisijs, & alibi,
Henriquez in Menologio 8. Iulij, & post sa-
nctum ipsius Menologij uerum. Compendium
huius vita prodicit Hugo Menardus in obser-
nationibus ad Martyrologium Benedictinum,
8. Iulij, defumptum ex exemplari Vallium Sar-
nay.

V erteris Montis, monasterium, alias de Bergi,
vulgò, Aldenbergh, in Ducatu Montensi situm
est, 3. circiter milliariis Colonia distans,
Mausolæs Ducum Iuliacensium & Monten-
sium nobile. Huius monasterij religiosus anonymous,
conscriptis carmine, *Tractatum quen-
dam de 12. gradibus humilitatis regula Sancti Be-
nedicti*, quem M. S. apud me habeo, defump-

um ex antiquo manuscripto eiusdem monasterij.

Alius eiusdem monasterij religiosus, scripsit quoque carmine, *Vitam Beati Evarardi*, qui ex Comite de Altena, primum factus est conuersus, ac postea monachus in Morimundo, & tandem fundator ac r. Abbas *Montis Sancti Georgii*, in Thuringia. Vitam quoque hanc M. S. apud me habeo, descriptam ad antiquum exemplar Vetus Montis.

Veridicus, Vide verbo, *Monachus*, supra.

Villariensis monasterij in Brabantia chronicon, primò scriptum per monachum anonymum eiusdem monasterij, qui vixit anno 1222, & continuacum per religiosos alios usque ad nostra tempora, afferuatur ibidem M. S. vii etiam in monasterio de *Confendonc* q. quoad r. partem. Liber est *Brabantiae historiographis utilissimus*, & etiam familiarissimus. Seruantur & in eodem Villariensi monasterio *Libri duo alii*, conscripti pariter à religiosis anonymis; quorum prior titulum præfert: *Gesta virorum illustrium monasterij Villariensis Posterior verò*:

De claris luminaribus Villariensi monasterij. Qui specialiter agit de conuersis, seu fratribus Lais, quin eodem monasterio sanctitate illustres floruerunt.

Extant etiam hi duo libri in cœnobio nostro de Dunis.

Item in eodem adhuc Villariensi monasterio, seruantur lucubrations monachorum, lequentes:

Vita B. Goberti quondam Comitis Asperi Montis in Lotharingia postea monachi Villariensis, 3. libris distincta. Qui obiit anno 1263.

Vita Beati Abundi monachi.

Vita Beati Franconis monachi, rythmice

Vita Beata Iuliana Cornelensis (qua obiit 1247.) duabus libris distincta.

Liber inscriptus: Narratio, de religione ordinis

Cisterciensis, in folio. Credo tamen hunc librum esse eundem cum *Exordio ordinis Cisterciensis*, de quo supra egimus, verbo *Exordium. Vitæ B. Caroli, Abbatis Villar.* per anonymum eiusdem Cenobij conscripta, extat impresa, tom. 2. de vitis Sanctorum, 29. Ianuarij.

Udardus, monachus Cuprensis, in Scotia, & posteà Episcopus Brechinensis, totam Scotiam (comitante Eustachio Abbotbrothi Abbatem, & paucis Clericis) pedes, insigni devotionis exemplo, per lustrauit, velbum Dei disseminando. Scriptis:

In Cantica Salomonis, lib. 1.

In omnes Dni Pauli Epistolas.

Homilia ad Populum Scotum, lib. 1.

Epistolæ ad dueros, lib. 1. Florebat anno 1214. secundum Hectorem Boëthium, lib. 13. *Historiæ Scotorum*, vel, secundum *Wion*, lib. 1. *ligni vitæ*, anno 1190.

Demsterus lib. 19. sub finem.

Vincentius, cognomento *Cadlubus*, natione Polonus, ob rasas animi dotes, electus & consecratus Episcopus Cracoviensis; cum per decennium laudabiliter rexisset, nequidquam aduersante Principe, & dissuadente, canonorum collegio referente Bzouio ad annum 1219.) Episcopatus se abdicavit, & in Andreouieni ordinis Cisterciensis cœnobio, monastica professa, reliquos 5. vitæ sua annos religiosè peregit, quibus nonnulla egregia exarauit opuscula, nominatum, *Chronicon*, sive *Annales Polonorum*, usque ad suā tempora. Quod opus in Polonia magni solet fieri: ut potè primum, quod completū gentis illius historiam continet. Obitus p̄ijssime anno 1224. longelinus in purpura Sancti Bernardi, Seginus, in bibliotheca, ex Cromerolib. 7. de rebus Polonorum. Huius etiam meminerunt Ioannes Herbuitus de Fulstia, Regni Polonici Senator lib. 6. hist. Polon. cap. 5. Et Vossius, de Scriptoribus Latinis.

R. 2

Vulcanus

Vulkinus, ex monacho W alckenredensi primus Abbas Schemensis, in Thuringia, *Sermones* editus pios & doctos, quos se legisse scribit i on gelinus, in Notitia monasteriorum ordinis nostri.

Exstat etiam adhuc eiusdem perpetuus *commentarius* in 4. *Euangelia*, teste R euerendissimo Domino Ioanne Blanckenbergh, Abbatे Veteris Montis, S. Theol. Doctore, in relatione M. S. ad me missa. De sanctitate huius Vulkini, legendum Menologium 18. Septembris.

Volkmarus, vide *Volkmarus*.

W.

V Alckenredensis cœnobij (in Thuringia) chronicon, cum catalogo Abbarum, qui ab anno Christi 1147. monasterio V Alckenredæ hue usque præfuerunt: in quo simul recententur cœnobij istius fundatio, incrementa, decrementa restauratio &c. simulque aliquot Germania Procerū maximè illustrium, Bruns wigæ & Luneburgi Ducum, &c. atque Hon steiniæ Comitum genealogiæ, & insignia; concinnarum fuit per religiosos anonymos eiusdem monasterij, nunc autem anno 1616. Helmstadij apud Iacobum Lucium impreßum, operâ & studio cuiusdam Henrici Eckstomij.

B. *Vulkenus*, natione Scotus, filius Simonis Comitis Hungariae & Macolmi ac Guillielmi Regum Scotiæ auunculus; habitum Canonorum regularium in iuuentute amplexus, postmodum arctoris vitæ desiderio inflamatus, & ut ait Author vitæ illius, Cisterciensis ordinis sanctitate ille etus, monachum induit in Monasterio de Wardona, unde ad Rhienalem translatus, demum in Abbatem Melroseensem electus fuit: ubi doctrina & sanctitate effulgit, usque ad annum 1163. quo gloriola morte consummatus fuit; varijs post obitum miraculis

catus. Plurima scriptis, (testibus Demstero, & alijs, apud Manriquez anno 2. Annalium, ad annum 1160. cap. 4. n. 7.) inter quæ memoratur *Commentarius in librum qui inscribitur, Regula Ecclesiastica*. Item *Expositio in Genesim*. lib. 1. & *Descentio Claustralitatis*. lib. 1. Demsterus, lib. 19. fol. 666. Huius walleni meminit Sanctus Bernardus, in vita Sancti Malachiæ, ubi vocat eum, *Virum nobilem secundum saculum*, quondam Priorem Regularem Fratrum in Karkeam, postea vero monachorum Patrem in Malsos. Vitam Walleni scriptis loscellinus monachus Furnesij in Anglia. B. Tyna, & alij eius discipuli.

V V alterius de Muda, Religiosus B. Mariae de Thosan, vulgo Doeßt, in Flandria, circa annum Domini 1284. Scriptis metrice, *Compendium vita B. Torphimi Episcopi Hamariæ*, in Norvegia, qui pro libertate Ecclesiæ in exilium missus, obiit in Monasterio Thosano, ubi sepultus fuit ante sumimum Altare. *Compendium hoc in antiquo M. S. codice repertum*, operæ pretium iudicauit, hic adscribere:

Spirat odore nimis Flos bacis H:mo tumulatus,
Cuius sublimis status exitit, & decoratus,
Morosus gestus, viuens à criminis purus;
Nulli molestus, Alij: omnis, sibi durus.
Norma fuit latus; Lex vita, culmine dignus,
Perigil in curu, prudens. Sermone benignus,
Pacificus, stabilis, Hilaris, largus, verecundus;
Nobilis, ac habilis, affabilis atque rotundus.
Totus deuotus, pilea quoque vestie togatus;
Pane leui fatus, & in omni laude probatus.

Nam pius ad miseros, & compatiens ad egenos,
Iugiter ad Superos, gressus duxit amanos,
Proudus & rectus, humilis fuit inter honores,
Pneumate protectus, citè carnis vicit amores.
Candidus, electus ex milibus, & rubicundus;
Cui fuit affectus omnis virtutis abundus.
Torphimus dictus, Sedi Dominans Hamariensi,